

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Suffragium c  
cum uariis

Tempus quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem positum est animas abditis receptaculis continet, sicut unaqueque digna est uel requie uel erumpna pro eo quod sortita est in carne dum uiueret, neque negandum est defuncorum animas pietate suorum uiuencium releuari cum pro illis sacrificium mediatoris offertur uel elemosine in ecclesia fiant. Sed eis hec prosunt qui cum uiuerent hec sibi ut postea possent prodesse meruerunt. Est enim quidam uiuendi modus nec tam bonus ut non requirat ista post mortem, nec tam malus ut ei non prosint ista post mortem. Est uero talis in bono ut hec non requirat; est et rursus talis in malo ut ne hiis ualeat cum hec uita transierit adiuuari.

Augustinus libro LXXXIII. questionum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

receptaculis] recetaculis (*cor. supra lin.*) M; suorum] suarum P V<sup>1</sup>; fiunt] sunt L<sup>2</sup>; ei] eis (*cor. sub lin.*) C; est *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ne] nec V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; cum] quem L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>